



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Preces, dicendæ tempore penuriæ & famis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

& dono tuæ pietatis semper utamur. Per  
Dominum &c.

*Aspergatur aquâ benedictâ.*

Preces, dicendæ tempore penuriæ  
& famis.

**A** Guntur omnia, ut supra, in Litaniis majoribus, Pag. 156.  
usque ad finem Litaniarum; in quarum precibus  
bis dicitur: Ut fructus terræ dare & conserva-  
re digneris. Post Litaniae dicitur, Pater no-  
ster, &c. Psal. Dominus regit me, Pag. 266. ut supra.  
*Vers.* Domine, non secundum peccata nostra  
facias nobis. *Resp.* Neque secundum iniqui-  
tates nostras retribuas nobis. *Vers.* Oculi  
omnium in te sperant, Domine. *Resp.* Et tu  
das illis escam in tempore opportuno. *Vers.*  
Memento congregationis tuæ. *Resp.* Quam  
possedisti ab initio. *Vers.* Dominus dabit be-  
nignitatem. *Resp.* Et terra nostra dabit fru-  
ctum suum. *Vers.* Domine, exaudi orationem  
meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat.  
*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiri-  
tu tuo.

Oremus.

**I** Neffabilem nobis, Domine, misericordiam  
tuam clementer ostende, ut simul nos &

S f f                    à pec-

à peccatis omnibus exuas , & à poenis , quas  
pro his meremur, eripias.

*Oratio.*

**D**A nobis , quæsumus Domine , piæ supplicationis effectum , & famem propitiatūs averte ; ut mortalium corda cognoscant , & , te indignantē , talia flagella prodire , & , te miserante , cessare .

*Oratio.*

**P**Opulum tibi subditum , pro peccatis suis fame laborantem , ad te , Domine , converte propitiūs ; qui , quærēntib⁹ regnum tuum omnia adjicienda esse , dixisti . Qui vivis & regnas cum Deo Patre &c.

Processio tempore mortalitatis  
& pestis.

*Pag. 156.*

**F**Iat ut supra , in Litanīis majorib⁹ : &c , post Vers. Ab ira tua , dicatur bis : A peste & fame , Libera nos Domine ; &c , post Vers. Ut fructus &c. dicitur , Ut à pestilentiæ flagello nos liberare digneris , &c. In fine Litaniarum dicitur Pater noster , &c. Vers. Et ne nos inducas &c. Psal. Domine , ne in furore tuo arguas me , &c. ut supra , Vers. Domine , non secundum peccata nostra facias nobis. Resp. Neque secundum

*Pag. 146.*

ini-